

Band III., Nr. 659, Seite 135

Heinrich von Langenberg tritt die von seiner Gemahlin Sophia ihm zugebrachten Güter in Bieringen mit ihrer und seiner Schwiegermutter Agnes von Bilriet Zustimmung käuflich an das Kloster Schöntal ab.

Schwäbisch Hall, 1222. Juni 10.

In nomine sancte et individue trinitatis Heinricus de Langenberc. Multum labili hominum memorię consulitur, multum futuris in posterum litibus cavendis providetur, si negocia humana studiose litteris mandentur, ut quę per oblivionem et rotam temporis a cordibus hominum erant fluitura, scriptorum beneficio artius eisdem teneantur infixæ. Unde tam presentibus quam futuris notum esse volumus, quo rationis tenore, qua iuris firmitate bona nostra in Biringen in possessionem ac proprietatem monasterii Sconendal accesserint. Cum enim eadem bona venalia exhibuissemus, domnus^a Gotefridus, eiusdem loci abbas, oportunitatem habens tantę utilitatis ecclesię suę conferendę nobiscum in precio pro ducentis marcis argenti convenit, nos vero et uxor nostra domina Sophia, ex cuius parte eadem bona nobis obvenerant, collata manu et unanimi consensu, predicta bona cum omnibus attinentiis suis, aquis, pratis, silvis, cultis et incultis, preter sola mancipia utriusque sexus, legittima et sollempni donatione memorato abbati et eius ecclesię libere et absolute in perpetuam tradidimus proprietatem. Eandem quoque traditionem, in presentia domini regis Heinrici et principum eius, Winpinę renovavimus atque firmavimus. Socrus autem nostra, domina Agnes de Bilrieth, huic venditioni contradixit, sed tandem voluntarie ac benigne consensit in Hallis, coram eodem domino nostro rege Heinrico. Ad huius igitur contractus perpetuam firmitatem presentem paginam conscripsimus et sigilli nostri impressione communivimus.

 Testes: Har[t]mannus et Lvdewicus de Wirtenberc comites, Marquardus notarius domini regis, Cünradus et Viricus fratres de Durne¹, Cünradus de Hehenriet, Walterus de Schillengisfirst, Walterus de Hornburc, Dieterus filius domini Rabini, Dieterus, Lüdewicus, Heroldus, Cünradus, fratres de Obernchein, Wilhelmus scultetus de Winpina, Volcnandus et Hertwicus fratres de Zivtelingen, Cunradus Mulnere et Heinricus de Huchelhein, Livtpoldus scultetus de Rotenburc.

 Acta sunt hec anno dominicę incarnationis M^o. CC^o. XXII^o., quarto idus Iunii, indictione decima.

^aSo hier aufgelöst, später das Wort durchgängig in üblicher Weise abgekürzt.

¹Walldürn, MOS.

II

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

 An einem Pergamentstreifen hängt das herzförmige Siegel des Ausstellers aus rotem Wachs. Das Siegelbild zeigt einen nach links rennenden Leoparden oder leopardierten Löwen mit aufgeschlagenem Schweif in der oberen Hälfte, über einem Schachbrett in der unteren. Umschrift in der rechten Ecke anfangend: SIGILLVM HENRICI DE LAnGENBeRC (M und H jedes zur Hälfte ausgesprungen, ein Abkürzungszeichen über A und zwischen B R nicht erkennbar.)

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

StA Ludwigsburg

Signatur/Titel des Originals:

B 503 I U 247

Editionen:

Wibel: Hohenlohische Kirchenhistorie, Bd. 4, Codex Diplomaticus, S. 5, Nr. 5.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Schwäbisch Hall

Aussteller:

Heinrich; von Langenberg

Ortsindex:

(Burg) Württemberg Wüstung (21519)
 (Burg) Württemberg, Stuttgart, S, W
 Bielriet Wüstung (22214)
 Bielriet, Schwäbisch Hall, SHA, W
 Bieringen Wohnplatz (2646)
 Bieringen, Schöntal, KÜN
 Heinriet Wüstung (21879)
 Heinriet, Untergruppenbach, HN, W
 Heuchlingen Wohnplatz (1798)
 Heuchlingen, Bad Friedrichshall, HN
 Hornberg Wohnplatz (2569)
 Hornberg, Öhringen, KÜN
 Kloster Schöntal Wohnplatz (2651)
 Kloster Schöntal, Schöntal, KÜN
 Langenburg Wohnplatz (3008)
 Langenburg, SHA
 Obrigheim Wohnplatz (6147)
 Obrigheim, MOS
 Rothenburg ob der Tauber, AN
 Schillingsfürst, AN
 Schwäbisch Hall Wohnplatz (3361)
 Schwäbisch Hall, SHA
 Walldürn Wohnplatz (6198)
 Walldürn, MOS
 Wimpfen am Berg Wohnplatz (1852)
 Wimpfen am Berg, Bad Wimpfen, HN
 Züttlingen Wohnplatz (2101)
 Züttlingen, Möckmühl, HN